

quod reliqui censuales habent. qui ad predictum altare pertinent. Eorum autem qui ecclesie ita donati sunt. hec nomina sunt. Ranuolt et uxor eius. Luiza et filii eorum. Bode-mar et filii illius. Wezel et uxor illius. Aba et filii eorum. Emmecha et tres filie eius. Ebecha et filii eius. Hildegunt et filii eius. Irmengart. Ruobbraht. Sigebolt et filii eius. Meingunt. Vt igitur predictorum tam legitime celebrata tradicio inconuulsa in eum omne permaneat. nullusque eam temerare in aliquo audeat. auctoritate beati Petri et nostra precipientes. sub perpetuo anathemate firmamus. et ne deesset huic ueritati testimonium. hanc inde cartam scribi iussimus. et sigilli nostri impressione signauimus. Nec defuerunt ubi hec presenti actione firmata sunt uiri illustres. Embrico eiusdem ecclesie prepositus. Dittoldus decanus. Gelpernus archiprespiter. Erwinus cantor. Aedelgerus. Theodricus et alii confratres. Rudeger. Cuonrat. Ecchehart de Tullestede. Ritant de Cuzeleibe. Eltwin de Gotaha. Sigefridus sculthetus. Gezo. Eber. Adelbrach. Rudeger. Recher. Guthere. Hildebrach. Hec autem facta sunt anno dominice incarnationis. M^o. C^o. XX^o. Indictione XIII^a. XVII. Kal. Nouembris. Regnante domino nostro Jhesu Christo. Amen.

‘Prächtiges Original auf Pergament, mit vorzüglich schöner, klarer, reichverzierter Schrift; die Abkürzungen nicht zahlreich, und gewöhnlich. Das c. 3¹/₂ Zoll messende runde Siegel von weissem Wachs ist bis auf den Rand sehr wohl erhalten; sein Bild bekannt. Umschrift: Adelbertus dei gratia Mogontinensis archiepiscopus.’

II.

Erzbischof Heinrich beurkundet, wie die Eheleute Christian und Margareta zu Kersleben die Adelburgis mit ihrer Tochter dem Altar der Marienkirche übergeben haben, und bestätigt diese Schenkung, 1145 o. T. o. O.

C. In nomine sanctę et indiuidue trinitatis. Ego Heinrichus Maguntinę sedis archiepiscopus notum facio tam futuris quam presentibus Christi fidelibus. qualiter Cristanus in Crispeleiben et uxor eius Margareta. cum consensu filiorum eius Sigeboldi uidelicet et Vdalrici. Adelburgim cum filia eius ad altare sanctę Marię quod est in Erpesfort tradiderit. ea scilicet ratione. ut ipsa et omnis posteritas eius in memoriam suę traditionis eidem ecclesie sui iuris tres nummos persoluant. et sic ab omni exactione et impugnatione sine offensa quiete permaneant. Taliter acte rei cartulam inscriptam sigilli mei impressione insigniri institui. et ne infringatur anathematis uinculo confirmaui. Cuius rei testes sunt. Gerbertus decanus. Dietmarus magister scholarum. Cunradus custos. Reinhardus. Egelolfus. Dietoldus cellerarius. Hercwardus sacerdos. Laici.